



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 30. Papa Cæsar is Legatum excipere tergiversatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

pui patroni, tutores, ac defensores du- **Sæcul. XVI.**  
rissimis etiam temporibus extitissent. **A. C. 1558.**

His Legatus addere jubebatur, non præ-  
termisurum Cæsarem, ut primo quo-  
que tempore pro veteri, ac recepto  
more de coronatione sua honorificam  
legationem ad Pontificem, ac Sanctam  
**Sedem** adornaturus esset.

§. XXX.

*Papa Cæsar's Legatum excipere  
tergiversatus.*

**Q**uamvis summus Pontifex hanc novi  
Cæsar's observantiam, necnon filia-  
lis obsequii testificationem summopere **Thuan. l. c.**  
gratam habere crederetur, ille tamen **Spond. n. 3.**  
ob recentes cum Austriaca Domo si-  
multates nondum postremis concordiæ  
pactis plene compositas Cæsar's lega-  
tum adeo non benigne excepit, ut etiam  
illum ad alloquium admittere renue-  
ret: contendebat enim Pontifex, quod  
Imperii abdicatio in Ferdinandi favo-  
rem facta haud subsisteret, cum inscia,  
ac prius haud consulta Sede Apostoli-  
ca fuisset firmata, ac proin Imperium  
non nisi a die, qua Carolus V. obiisset,  
vacare censeretur; quamvis enim Ferdi-  
nandus in Romanorum Regem fuisset  
electus, ejusque electio a Clemente VII.  
confirmata, suo tamen fratri nonnisi eo-  
dem fatis functo succedere potuisse in-  
quie-

**Pallav. l. 14.**  
**c. 6. n. 5.**

**Sæcul. XVI.**  
A.C. 1558.

quiebat Pontifex, cum reliqui duo succedendi modi, qui vel per cessionem, vel exauctorationem fiunt, unice a Sacra Sede dependeant, atque in utroque eventu Cæfarem nominandi jus ad solum Pontificem devolvatur. Hoc quoque Papa in publico Senatu ad id celebrato proposuit Cardinalibus, qui Pontifici penitus addicti, ac non minus ampliandæ auctoritatis studiosi sic responderebant: „necessitas suadet, ut publicis documentis demonstretur, quomodo per abdicationem, sive cessionem Caroli Imperatoria dignitas vacaverit, & quonam jure Ferdinandus in eam successerit: interea non debet admitti ipsius Orator, antequam constet, an Carolus V. legitime dignitate solutus sit, ut Frater ejus, qui successit, legitime successisse dici possit.”

### §. XXXI.

#### *Cæsar is abdicatio Romæ in controviam vocata.*

*Pallav. 6.* His insuper addebant Cardinales: „ea, quæ Françofordiæ gesta fuere,  
n. 6. Thuan. l. 21. nullius sunt momenti, cum non inter-  
*Raynald. n. 3* venerit in iis auctoritas Sanctæ Se-  
„dis, & Christi Vicarii, cui claves cœle-  
„stis, ac terreni Imperii creditæ sunt,  
„sine quibus nec Carolus legitime Im-  
„perio